

Non est labia mea aperire. Sed tuam aby-
salem maiestatis dignitatem quis digne
laudare poterit? Ecce omnes virtutes celo-
rum atque uniuersae potestates angelice non
sufficiunt tue celsitudinis magnitudi-
nem commode laudare: quanto minus
homo fragilis, putredo et vermis: de-
ficere enim in digna laude tua omnis crea-
tura: omnis oratio: omnis lingua et sermo
inertio. Quid igitur cessabo a laude: quia
te digne nequeo laudare: aut ideo ta-
cebo: et omnino mutus ero: quia immun-
dum et insufficientem me esse cognosco.
Absit a me ingratitude ista: ut cessem lau-
dare te quem laudare debet omnis creatura.
Maxime autem homo rationalis cui tan-
ta bona commisit.

¶ Laus sancte trini
Omnine deus *tatis propter seipsam*
omnipotens eterne ineffabilis: si-
ne fine: et absque initio: quem unum in tri-
nitate et trinum in unitate consistemur: te
laudo. te adoro. te glorifico. o beata trini-
tas. propter hoc quod in te ipso es. quia tu es
summum bonum. de quo manant om-

nia bona. Tu es fons et origo omnium bonorum. Tu felix eternitas. Tu eterna felicitas. Tu abyssus totius felicitatis. Tu solus deus et dominus: et non est propter te alius.

Laudo et adoro et glorifico te beata trinitas. *De creatioe celi et terre et omnium que in eis sunt.*

Audo et adoro et glorifico te beata trinitas. quod celum et terram et solem et lunam et stellas et omnia que in eis sunt tam potenter ex nihilo creasti tam sapienter discernens propriis figuris et naturis. tam benigne disponens ad utilitatem et consolationem hominis antequam creares eum. Laudo et adoro et glorifico te quod etiam sanctos angelos creasti ad laudandum et fruendum te eternaliter. et ut nobis in hoc exilio fideliter assistant consilijs et auxilijs opportunis. *De creatioe hominis et lapsu eius miserabili.*

Laudo et adoro et glorifico te et gratias ago tibi sancta trinitas unum deum quo ad declarandum bonitatis tue ineffabilem bonitatem. omnia propter hominem creasti. hominem tamen propter te propriis manibus tuis de limo terre plasmasti.